Meul 48



UNIV ENT

Meul. 48

48 Meul. 48

CATALOGVS FAMILIAE TOTIVS AVLAE CAESAREAE PER EXPEDITIONEM ADVERSVS inobedientes, vſq; Auguſtam Rheticã: Omniumq́; Principum. Comitũ, Baronũ, Statuum, Ordinumq́; Imperij, & extra Imperium, cũ ſuis Conſiliarijs & nobilibus ibidem in Comitijs Anno. 1547. & 1548. præſentium.

Per Nicolaũ Mameranũ Lucemburgũ collectus: AD SERENISSIMVMQVE PHILIPPVM Hiſpan. Princ. directus.



Cum gratia & priuilegio Cæſareo.

Coloniæ apud Henricum Mameranum in platea Iudaica prope prętorium. Anno 1550.

UNIV. GAND.

AD LECTOREM.

Hic tibi Cæſareæ Germana Catalogus Aulæ
Per fera bella refert nomina nobilium:
Et ſimul Heroum Imperij, quos vltima vidit
Auguſtana dies, nomina clara tenet.
At quòd tam ſerò poſt ipſa Catalogus exit
Comitia, ex certo plurima cauſa ſubeſt.
Quam tamē hic nullā, ne ſim grauis atq; moleſtus
Re tibi fortè leui, commemorare libet.
Quid ſiquidem magni refert, quæ cauſa negoci
Extiterit noſtri, quòd trahit inde moram?
Expectata diu modò res non ipſa fefellit:
Hauſit nec cœptum ſpongia inanis opus.
Non etenim paucos Hiſtoria tendit in annos,
Nec ſemper prima ſcribitur illa die.

APOCAL. 20.

Et alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris, ſecundum opera ipſorum. Et qui non inuentus eſt in libro vitæ ſcriptus, miſſus eſt in ſtagnum ignis.

Apoc 3 Qui vicerit, ſic veſtietur veſtimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ.

Luc. 10. Gaudete autem quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.

Tit. 2 Vt abnegata impietate & mundanis concupiſcentijs, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in præſenti ſæculo.

SERENISS.

EPISTOLA

SERENISS. ATQ. IL-
LVSTRISS. PRINCIPI AC
DOMINO, DN. PHILIPPO
PRINCIPI
HISPAN. VTRIVSQ. SICI-
LIAE, HIERVSALEM ETC.
Archiduci Auſtriæ: Duci Burgundiæ, Lo-
tharingiæ, Brabantiæ, Mediolani &c.
Comiti Habsburgi, Tirolis, Flan-
driæ &c. *Suo* Dn. Clementiſſ.

Nicolaus Mamaranus Lucemburgeñ.

IN Comitijs Principum, Ordinumq́; Imperij hic apud Auguſtam Rheticam modò habitis, *Sereniſſ*. atq; ampliſſ. Princeps, nomina oĩm eorum Principum, Statuumq́; Imperij, qui ei conuẽtui tã celebri interfuiſſent, vnà cũ ſuorũ Conſiliariorũ, reliquorũq́; nobiliũ aulicorum nominib. item & aliorũ prȩterea Principũ, Excellentiũq́; virorũ, qui Imperij non eſſẽt, ex priuatis tamẽ & domeſticis negotijs interfuiſſẽt & ipſi, ſtudioſè ac diligenter per ociũ cùm conquiſiuiſſẽ, in Catalogiq́; ſeriẽ redegiſſẽ: primùm ſubdubitar mecũ cœpi, in vulgus ȩdere vellem, nec ne: deinde, ſi ȩdere fortè conſtituerem, cuinam illum Patrono Catalogum nuncuparem, hærebam. Cæterùm vt publicarẽ, crebrȩ multorum, quib. innotuerat collegiſſe me, & penè quotidianæ efflagitationes vicerunt: deducto ſiquidem perſuaſione familiari hic mihi du

 bio, etiam

bio, etiam iam tum in obliquum tergiuerſaturo, quandam quaſi obſecundandi neceſſitatem impo ni videbam. At Patronum, perpenſa, quæ in ipſo ineſſet materia, prorſus nullum alium iuſtiorem mihi quærendum perſpiciebam, quàm eius Principis, qui & Imperij, & eorum ſimul Principum, Ordinumq́ꝫ, quos ille Catalogus contineret, caput eſſet primariũ, vertexq́ꝫ ſupremus, nimirum CAROLI. V. Cæſaris Auguſt. filium, te videlicet PHILIPPVM Hiſpaniarum Principem, cuius aduentus ex Hiſpania vſqꝫ, iamdudum hic in expectationem poneretur.

Tuæ igitur Celſitudini, Sereniſſ. PRINCEPS, iuſtis & vrgentibus rationibus eum Principum in tam celebri ac memorabili, adeoq́ꝫ Religioni & concordiæ publicæ neceſſario conuentu congregatorum, Catalogum in primis inſcribere volui ac debui. Patris ſiquidē clariſſima, maximiq́ꝫ momenti negocia, vel iure naturali, non ſucceſſiuo ſolùm ac hereditario, cognoſcenda propiùs filio & veniũt & tradi debēt, id quod & in huiuſmodi actionibus non abſurdè quoqꝫ fieri poſſe iudicaui: vt quantus PATER ille tuus eſſet, quàm ſublimis ac potens, ſuſpiciendusq́ꝫ Princeps, dum tot gentium diuerſarum, Nationumq́ꝫ Principes ac Potentatus: tot Heroës & Domini vndiqꝫ terrarũ ad eius nutum ac voluntatem in publicum conueniunt: tot diuerſarum & longinquarum Nationum Oratores, ac Legati mittuntur, veluti in ſpeculo cernere poſſes, dum omnium Catalogũ &

in man

in manibus & ante oculos poſitum, ad intuendũ haberes.

Primùm enim vides, quantus PATER ille tuus, CAROLVS .V. Imperator ſit, nimirum quantus nullus vnq̃ ab initio conditi vſq; orbis vnus aliquis Princeps extitit maior: qui tam latè & potenter in quatuor mundi regiones non tantùm trans nota noſtro orbi maria, verùm etiam vltra ipſum, qui orbem circumfluit, Oceanum, & in diuerſas in ipſo iacentes inſulas, Imperium ac potentiam extenderit, ius, poteſtatem'q; exercuerit: Qui tam multa præclara & inſignia virtutum maximarum documẽta ac facinora ędiderit: Qui cum ſumma potentia, ſummam Religionis conſeruandæ curam adhibuerit, ſummam pietatem, clementiã, manſuetudinem, animi & rerum gubernandarum ſummam moderationem coniunxerit: Qui tanta prudentia, grauitate, moderatione, & fœlicitate, tot orbis Ditiones & Regna, vtiliter ac ſalubriter vnus gubernauerit: Qui deniq; ita ſeriò & ardenter omnia ſua ſtudia, omnem animi cogitatum, induſtriam, conatum huc ſemper conuerterit ac direxerit, vt diſſentiones & diſcordias, præcipuas & ſingulares rerum publicarum peſtes & ruinas è Regnis, Nationibus, populis & Ciuitatibus, qua maximè poſſet dexteritate, ſolertia & conſilio deduceret: vnitatem & concordiã, vnicum omnis fœlicitatis ac ſalutis inter mortales portũ, induceret & implantaret: Religionẽ ſectis & controuerſijs diſſectã, ſumme'q; turbatam ſar- *Potentia Cæſaris* *Virtutes Cæſaris*

 ciret &

ciret & conſeruaret.

Cæſarem non temere bella ſuſcipere

Bella autem, niſi vel intolerabiliter laceſſitus, vel maxima & ineuitabili vrgente cauſa, non temere ſuſcipit: eaq́; non niſi iuſtitiæ & publicæ promouendæ vtilitatis ac ſalutis gratia ſuſcipit. Quę cùm gerit, duo potiſſimùm ſumma cum diligentia obſeruat. Vnum, vt, quantùm fieri poteſt, quàm minimum humani ſanguinis effundatur: Alterum vt ſubditis ipſius hoſtis, detrimenti inferatur quàm minimum. Semper enim in ipſum hoſtem, eiusq́; ſubditos, ſumma animi moderatione, ſumma clementia & miſericordia vbiq; vtitur.

Duo ſpectare Cæſarem cùm bella gerit

Difficiles & ingentes Cæſaris labores

Dicatur enim mihi, quis vnq̃ in orbe Princeps vel Ethnicorum (fuère ſiquidem & in illorũ nonnullis, æqui, rectiq́; luculenta quędam ſemina, imitatu etiam à noſtris haud indigna) vel Chriſtianorum extitit, qui tot & tantos maximarum rerum, difficiliũq́; labores ac fluctus, vnus ita indefeſſus hauſerit? Tot ac tanta terrarum ſpacia, animo tam infracto & pertinaci peruolitauerit? Tot vitę diſcrimina intrepidè terra, mariq́; ſubierit? Tot & tam diuerſa, difficiliaq́; bella vnus & infractus confecerit? Quem nulla quantumuis euidentia pericula, nulla rerum maximarum difficultas: non aëris vlla intemperies: non hyemis aſperitas & inclementia à longinquiſſ. peregrinationibus, ob communem vtilitatem & ſalutem publ. promouendam, inſtitutis ac ſuſceptis, deterruerint & retardarint? domiq́; apud ocia ſupina, apud inertiam, apud ignauam

ignauam detinuerint & ſocordem quietem? Et ſi enim de Alexandro Magno; de Iulio Cæſare: de Carolo Magno, nonnullisq́ alijs clariſſ. Principibus, multa & præclara quidem, ſummaq́ cum laude geſta, plenis buccis à ſcriptorib. memorentur: tamen cum huius noſtri Principis factis conferenda, ſi veniant, mox veluti in obſcuritatem quandam & caliginem inuoluenda defugient, lucemq́ declinabunt maiorem, magisq́ coruſcam & rutilantem.

Nullos antiquos Principes cum hoc noſtro Carolo. V. Cæſ. conferendos:

Verùm nullus etiam in huiuſmodi incidit tempora, in quibus tanta vndiq. & tam incorrigibilis morum corruptela: tot, & tantæ hominum in diuerſa & ſibi inuicem contraria ſtudia, motiones: tot, tantæq́ rerum omnium & priuatarum & publicarum in turbulentiam ſummam, inundationes ſimul enatæ ingeſtuauerint: quibus vel maturè ſupprimendis, vel opportunè componendis, de medioq́ tollendis, vnus ſolus aut occupatus fuerit, aut ſufſecerit. In quibus ſimul & Religio (cuius apud omnes mundi gentes, etiam Deum verum ignorantes, pertinaciſſimè tuendæ ac conſeruandæ, ſemper & prima & ſumma, ſummo cum ſtudio, cura eſt habita) & publica & priuata ita vndiq; in turbulentiam conuoluta iacuerint?

Nulla extitiſſe tempora hiſce noſtris turbulentiora & corruptiora

Quanquam enim omnia antè acta tempora, ſuas ſecum moleſtias quaſdã, turbationes, inquietudines & adflictiones ſemper adtulerint: Vitia quoq; maxima, quibus delibuta petulanter luxuriauerint, in dedecusq́ proternè & nequiter

Omnia ſæcula ſuas habuiſſe afflictiones.

emolluerint:quibus volutata obſorduerint. Nec beliis, ne quidem atrociſſ. ſeditionumq́ꝫ & diſſentionum æſtibus, quibus mutuam in perniciem tumultuoſo ſpiritu exagitata efferbuerint, in toto caruerint. Semper enim fuêre nonnulli huiuſmodi ętatum veluti morbi, omnibus antè actis ſæculi ab exordio vſqꝫ mundi. Tamen de hoc conſtat apertiſſimè, nulla vnq̃ eiuſmodi fuiſſe, in quę hęc omnia ſimul mala, tanq̃ vno ædita partu, vna effuſa phiala confluxerint. In aliis ſiquidem ſæculis ſingulæ huiuſmodi adflictones, ſingulis vt plurimùm ſeorſum extitêre. In hæc autem noſtra, omnium malorum in vnum veluti cornu congregatorum colluuies ſimnl, vno effuſa eiectu incidit, vt meritò ſola præ cęteris omnibus retrò actis têporibus ſummè deplorata & calamitoſa dici queant: ſolaq́ꝫ cum verbis DOMINI de extremis mundi dieb. differentis, concordare: In quibus exorituræ ſint turbationes & anguſtię, quales ab initio mundi nunq̃ fuerint, neqꝫ futurę ſint maiores. Quę enim fuêre (dicat mihi aliquis, qui oẽs mundi hiſtorias percurrit) vnq̃ ſęcula, cum his ex virtutum & vitiorum prępoſteris exactè extremitatibus conferenda: In quibus ſic omnia ſurſum & deorſum, ſacra ac profana ſibi inuicem confuſa extiterint & perplexa: In quib. ſic omnia vitia & turpitudines ad ſummum peruenerint faſtigium, in quo ſine rubore etiam & propemodum cum aliqua laudis vendicatione ſteterint? Virtus & honeſtas deuolutæ ad imum, vbi peſſundatæ & proculca-

In noſtra ſæcula omnium uiciorũ & calamitatum colluuiem incidiſſe

Vitia ad ſummũ perueniſſe faſtigium: Virtutes ad imũ deuolutas

culcatæ iacuerint? In quibus maior ſolutioris & petulantis vitæ impunitas & licentia? Maiores pa ſſim in Nationum & Regnorum ſtatib. motus ac ſeditiones? Maior æqui & honeſti, iuſti & iniuſti cõfuſio? Maior ſubditorũ per ſuos Dños & Principes, per inſuetas & grauiſſ. exactiones, preſſio & vexatio? Maior ſubditorũ in ſuos Dños & Principes peruerſitas ac rebellio? Maior ſeruorũ & oĩm hominum in ſe mutuò perfidia, malignitas, & deceptio? Malus pecunię & priuati cõmodi ſtudiũ? Vſurę, cuiuſmodi nunq̃ ſũt auditę vllis ſęculis ſimiles, indecẽtiores? Homicidia paſſim in Vrbib. etiã vicatim, ſtupra, adulteria, inceſtus, ſcortatioẽs, nefandę libidines, qñ vnq̃ vno tẽpore, & crebriora & licẽtioſiora fuêre? Et in ſenib. etiam atq; decrepitis, & in honore ac dignitate conſpicuis, cuiuſmodi illi nequitioſi Suſãnę fuêre iudices, iſtę impuritates hodie cernũtur. In quib. vnq̃ ſęculis maior ruſticorum verſutia, prauitas, & fallacitas? Minor ſimplicitas & innocẽtia? Minor honeſtatis ratio? Maior in veſtitu & omni re, luxus & ſuperbia? Diſtractior Religionis, corruptior Cleri & nequior ſtatus? Adtenſior opum vndiq; conquirendarũ cura & induſtria? Intẽſiora oĩm rerũ pręcia? quę adhuc quotidie augentur & ſurgũt. Res ſic oẽs vitiatæ & deterioratæ? officia in paucitatẽ redacta? ſtatus diminuti? Minor autem vtilitatis & ſalutis publicę cura? Frigidior verę & mutuę charitatis affectꝰ? Negligẽtior & frigidior Dei cultꝰ? Adeò per pręceps totus vno veluti coniurato impetu in dedecus & in oĩm vitiorum barathrum, in mutuũ

excidium & pernitiem graſſatur & ruit mundus. Huiuſmodi ne tam ꝓdigioſam eius faciem diutius incaſtigatã graui aliqua vĩdicta (niſi celerrimè reſipiſcamus) ferat Deus? Non eſt bene poſſibile vt diutius ferre quietus & benignus queat. Quō enĩ poſſibile ſit, in tali ſtatu, tam calamitoſo & deplorato, ſine mutatiõe aliqua inſigni diuinitus immiſſa, poſſe eum conſiſtere diu? Neſcitur ꝓpemodũ quid pietas vera, quid Chriſtina ſimplicitas, quid vitę innocentia ad Chriſti pręcepta regulata, quid charitas ſit; ita tota refrixit. Malitia autẽ & fallacitas ad ſummũ peruenit, vt altiorem ſupra ſe gradum nullũ amplius habeat, ne quidem apud ruſtres, apud quos ab initio mũdi vſq; ſẽp reperta eſt maxima vitæ ſimplicitas ac innocentia. Atq; quod omnium impudẽtiſſimũ eſt, videas illos ipſos, qui hiſce maximè obnoxij ſũt vitijs, & quorũ in cordibus ne minima quidem charitatis Chriſtianę ſcintilla emicat, ſine rubore de his ipſis grauiter cõqueri etiam: non reſpicientes interim, nec emendantes ſemetipſos.

Non poſſibile eſſe mũdum in tali ſtatu diu perſiſtere poſſe.

Malitia & fallacitas.

Si itaq; in p̃ſentium rerũ tam corruptum & deploratũ ſtatũ, qualis nunq̃ ſimilis ab exordio mundi extitit, collatis & perpẽſis ſingulorũ temporũ hiſtorijs: Si Principũ, populorumq; tã mutabiles & temporarias volũtates, tam diuerſa ſtudia intueri ꝓpius aliquantò & adtentius velimus, haud obſcurè opinor videbimus, aut vix poſſibile eſſe, ſtare diũ ſine maxima aliqua & euidẽti rerũ mutatione, p̃ſentẽ mũdi imaginẽ poſſe; aut omnino in forib.

Rerũ mutationẽ orbi imminere aut Antichriſti uaſtationem.

eſſe & ceruicib. imminere n̄ris illã Eccleſię Chriſti
nouiſſ. & oĩm ſęuiſſ. vaſtationem, per hominem
peccati illum ſceleroſum, qui ſe extollet aduerſus
omne quod dicitur Deus, multò magis q̃ Maho-
metes ille homo nefarius fecit, qui totã Eccleſiam
Orientalem cũ tota Africa peſtilenti cõtra Chriſtũ
dogmate infecit & in exitiũ ad ſe ptraxit. Hęc eſt *Dan. 9.*
enim, quę hiſce noſtris temporib. cernit, vera illa *Mat. 24.*
deſolationis abominatio, ſtans vbi non debet, de *Luc. 21.*
qua Daniel & Chrũs in Euãgelio. Hæc Paulina il- *Marc. 13.*
la diſceſſio atq; defectio. Abominatio pecti & deſo *2. Theſſ. 2.*
latio verę virtutis ac efficacię fidei, ſtãt in loco, vbi
non debent: illa in ſupremo: iſta in infimo: illa in
rigore & vſu; iſta in deſpectu & ſitu. Diſceſſio
atq; defectio à vera charitate & à vera fide, quę in
actione & expletione pręceptorum DOMINI,
in ſimplicitate & humilitate: nõ in verbis cõſiſtit,
non in ſimulatione & hypocriſi. Sine qua pfecta
ex operib. fide & charitate, impoſſibile eſt poſſe
placere Deo. Legimus & audimus verbũ Domini,
quomodo oporteat ad cœlũ ire, ſed non facimus,
non cõuertimur, non diſcedimus à malitia & cõ-
ſuetudine peccãdi: ſed à DEO diſcedimus: à fide
& charitate vera deficimus. Hinc illa deſolatio &
diſceſſio & abominatio. In qua nihil aliud reſtat,
niſi vt ille vaſtator exurgat, quem DOMINVS
ſpũ oris ſui interficiet. Ac tum reædificata Sione
Eccleſia Chriſti, ſub vno paſtore, in vnũ ouile, or-
bi illuceſcet vltimus ille dies, fine mũdum clauſu-
rus, in quo Chrũs Maieſt. ſua orbi apparebit, iudi-

caturus viuos & mortuos. Qui dies extremus, ne imparatos ad iter Regni cœleſtis, ad mãſiones in domo DOMINI æternas capiendas, ad verę tãdem & ęternę patrię, viuentiũ terrã poſſidendam, offendat, cùm omni homini, cui ſalus æternæ vitæ curæ eſt, tum omniũ maximè Principib. Regnorũq́ꝫ & Nationum Rectorib. euigilandum eſt: quibus ſceptra & gubernatio Regnorum & populorum orbis, à Deo tradita ſunt & commiſſa: quòd ipſis eò grauior, diſtrictiorq́ꝫ acceptę ac adminiſtratæ prouinciæ, apud Deum reddenda ratio incumbat. Ne illi horrendo & terribili de potentibus dicto fiant obnoxij, POTENTES autem, potenter tormenta patientur. Nam cuicunqꝫ multum datum eſt & commiſſum, multũ requiretur ab eo, cũ ſiſtetur ad Tribunal Chriſti, redditurus rationem de ſingulis, quæ egit in vita ſua, etiam quæ ſupinè & ſocorditer neglexit.

Sapien. 6.

Nullum itaqꝫ vnq̃ Principem in huiuſmodi incidiſſe tempora, quæ tam difficilia eſſent, ac turbulenta, cuiuſmodi ſunt hæc noſtra, manifeſtè conſtat. Nullum item potentiorem fuiſſe vnq̃ atqꝫ hic tuæ Serenitatis Pater eſt, nemo eſt qui non videat, vt ſub eo ſpes minime dubia ab omnibus concipi ac foueri debeat, & Turcicæ rabiei edomandæ & totius Orientalis Eccleſiæ cum terra ſancta recuperandæ, vt non tituli nomen inane Regni Hieroſolomitani, ſed ipſum vnà cum titulo poſſideat & gubernet Regnum. Atque hoc ipſum iam inde ab initio vſque verſari eum in animo,

conſtitu-

conſtituta prius apud nos Religionis ſectis turbatæ & diſtractæ reformatione ſalutari, ac ſtabilimento, generali ſuper eo indicta & coacta Synodo. Ad quam legitimè indicendam, ſi Pontifices ceſſant & tergiuerſantur Ro. nec conſentire in locum & modum volunt: in Imperatoriæ Maieſt. officium, non minus hodie incumbere videri debet, illam & iuſſione ſacra indicere legitimè, & congregare atque celebrare in Spiritu ſancto, quàm olim. Vt enim reliqua omittamus, quis quatuor illa ſacroſácta & principaliſſima Concilia, niſi ipſi iuſſione ædita indixêre Imperatores?

Concilia generalia olim ab Imperatoribus indicebantur

Conſtantinopolitanum, Gratianus Imp.
Nicenum, Conſtantinus:
Chalcedoneñ. Martianus:
Epheſinum, Theodoſius & Valentinianus:

Sic & ipſos Põtifices creare & confirmare ipſi Imperatores ſolebant. Ex quo non minimum Imperatoriæ poteſtati & authoritati derogatũ hodie eſſe cenſeri poteſt,

Pontifices per Imperatores cõfirmabantur.

Ille autem (vt ad te Sereniſſ. Princeps, noſter ſermo reducat) Pater tuus, CAROLVS. V. Ro. Imp. Aug. iuncto ſibi Ferdinando fratre, Rege Roma. niſi communem, de quo modo diximus, hoſtem illum Turcam deuicerit, Regnisque & Ditionibus ſibi ac Imperio debitis, expulerit & exterminauerit; Aut tu vnicus ipſius filius, potentia poſt ipſum nec futurus inferior, nec inæſtimatior: neque magnitudine ac ſublimitate ceſſurus animi; non video prorſus, quis in orbe

Turcam à Cæſare profligandum

Princeps

Princeps ali' ſit, vel eſſe poſſit, de quo ſpes eadem cõcipi ac ſtabiliri conſtanter in firmitudinẽ queat. Ad quod cùm accingemini, voluntate & opportunitate ſic ferente, pro indubitato exiſtimare debetis, prorſus nihil vobis ad manus, nutumq́ue veſtrũ defuturum: ſuppeditante id totũ cum DEI auxilio & gratia, primùm veſtra congenita & æterna Virtute & potentia; deinde comuni omnium voluntate & auxiliari promptitudine.

De proſpero enim & optato, huius in eum tam peſtilentem Chriſtiano orbi & exitiabilem hoſtẽ, expeditionis ſucceſſu, quid eſt quòd dubitetis, modò animos adferatis, & apponatis in DEO fiduciã? An enim cùm tu, inuictiſſ. CAROLE QVINTE Cęſar, vltra vota etiam, & pręter opinionem, Cæli NVMEN propitium & ſucceſſus ex votis proſperos hacten' inter effuſos in rabiẽ vndiq; hoſtes: inter horribiliſſ. bombardarum fulmina, denſiſſ.q; volantium globorum grandines & tempeſtates; inter alia præſentiſſ. terra, mariq́; pericula, habueris; hic, vbi gloria & magnificentia DEI, & ſalus publica omnium, & Eccleſiæ Ieſu Chriſti, ſaluatoris noſtri, reædificatio, decus & ſplendor quæretur, ſucceſſus tibi ex votis non ſecũdabit DEVS? Et tibi, magnanime PHILIPPE, Princeps Sereniſſ. non idem de Patre & ſuperûm in ipſum perpetua bonitate ac clementia videtur? Aut num tibi eundem Cœli fauorem extimeſces in vota læta defuturum? Minimè hoc certè debes. Si enim GODFRIDVS quondam

Fortunati ſucceſſus Cæſaris

Lotharin.

Lotharingiæ priuatus Princeps, zelo DEI & Religionis Chriſtianæ ductus, grauiſſ. inſtituta expeditione, in Paleſtinam vſq; cum exercitu itinere lõgiſſ. difficilimoq; terra, mariq;, DEO auſpice & adſpirante, peruadere potuit, vrbemq; Hieroſolymam è Sarracenorum manib. ac tyrannide extorquere, eripere, & poſſidere: PATER ille tuus tã in infinitum propemodum, nullaq; comparatione potentior, & quantus non maior, nec potentior in orbe vnq̃ extitit, neq; hodie vſq̃ eſt alius: nec pietate & zelo ſit Godfrido inferior, idem non poterit? Aut non idem etiam ſeorſum Patruus ille tuus FERDINANDVS Ro. Hung. & Bohœmiæ Rex, quod vnus aliquis Lotharingiæ potuit priuatus Princeps? Credo poſſe cum putas & amplius quidem poſſe Nec hic temporum difficiliorum & voluntatum rationes ac diuerſitates tantopere excuſabis, vt hic viam & modum vel obſtruas, vel ſic in anguſtum adſtringas, quin amplã adhuc ſatis facultatem ad id relinquas, nec DEI fauorem & auxilium extermines. Taceo enim h c quòd HERACLITVS Imperator ante hunc annis quadringentis ſexaginta octo, idem fecit, pulſis inde Perſis, qui Hieroſolymam tunc occupauerant. Nam ille potentior Princeps erat, vtpote Imperator. Sed poſt vtrumq; Thiedericus Alſatius, Comes Habsburgi & Flandriarum, priuatis itẽ impenſis, ſicut & ille prior, expeditionẽ quoq; & ipſe maximam in Iudæam vſq; deduxit: vbi deuictis inſigni & memorabili clade Sarracenis inſignia

Godfridus Lotharingiæ Dux Anno Domini: 1099

Heraclitus Imp:

Thiedericus Habsburgi & Flandriæ Comes An: 117

ſignia nigri leonis in aureo campo, quibus in hodiernum vſq; diem Fland. Comes vtitur, & in cuius rei memoriam leones Gandaui perpetuò aluntur, ab Barbaris direpta, in triumphi ſignum reportauit. Tantus fuit in illorum temporum Principib. Vindicandæ ab infidelib. & barbarorum tyrannide, terræ ſanctę ardor, vt penè fidem res ſuperet, quomodò poſſibile ipſis fuerit, priuatis nimirum Princib. tam longinquas & difficiles, præſumptuoſasq; inſtituere, ſolius DEI & Religiõis amore, expeditiones potuiſſe. Iam igitur CONSTANTINOPOLIM, Imperatoriam quondam ſedem, ſicuti & Roma, quarum tamen neutram hodie Rom. Imperator tenet, Chriſtianiſſ. Conſtantini Imp. Aug. manſionem, à quo & nomen illi inditum, cùm antea Biſantium diceretur, præclaram, celeberr. q; totius Oriẽtis vrbem tám ne omnino erit vel difficilè vel impoſſibilé, tam potenti Principi, PATRI tuo, ex Mahometicæ impuriſſimæ & nefariæ ſectæ tyrannide tandem excutere, & in libertatem Chriſtianam rurſum adſerere? Nam hac recuperata vrbe, non poterit ſuſtinere contrà, nec facilè, nec diu Hieroſolyma. Si enim innumera exercitæ crudelitatis ac tyranidis in Chriſtianum ſanguinẽ, ab iſtis tam immanib. & efferis belluis, tam impuris ganeonib. exempla paſſim non extarent, certè vel hoc vnicum commouere ſummè & in tolerabiliter Chriſtianorũ Principum animos deberet, quòd Anno. 1453 poſt captam Conſtantinopolim, & trucidatum miſerabiliter

Conſtantinopolis Imperatoria ſedes.

Biſantium.

bilitez

biliter ad portam in ſuga ex vrbe Conſtantinum vltimum (fatalė hoc ei vrbi erat, vt à Conſtantino primo reſtaurata, Chriſtianam Religionem ſuſciperet: in Conſtantino vlt. vaſtata & exciſa, eandem amiſerit) Cæſarem, in ipſius recens iugulati vxorem & filias, aliasq́ generoſas & honeſtas matronas & puellas, inuerecundi & impuri canes crudeliter deſignarunt. Nam ad conuiuium protractis, cùm ad dedecus & turpitudinem palàm pro ſua quiſq; libidine & intemperantia, ſatis abuſi eſſent, inſpectante & imperante Tyranno, ex huiſmodi probro & iniuria, ad ſupplicium etiam crudeliter raptas, fruſtulatim omnes viuas diſſecuerunt. Quis non inhorreſcat ad tam immanem & inuſitatam & belluinam barbariem? Quis barbariſſimum ſcelus, cum plus quàm belluina crudelitate, copulatum ſuſtineat? Quis animos vltrices & ſæuos ad tã truculentum & immane facinus, intemperantius non ſumat? Nec adhuc ſatis animum crudelitate tam barbara expleſſe ſibi viſus Tyrannus erat, niſi tanto & tam atroci ſceleri, ſummã etiam iungeret blaſphemiam, & in ipſum DEVM temerarius inſurgens, conuicium diceret ac inſæuiret. Nam Crucifixi Ieſu Chriſti imaginẽ in foro erigi iuſſit cũ huiuſmodi inſcriptioẽ, IS CHRISTIANORVM DEVS EST Pręcepitq́ eã publicè ſtercorib. proiectis ad ignominiã conſpurcari. Quas in Chriſtum, eiusq́ ſeruos blaſphemias & contumelias, & iniurias, quò vſq; tandem, quæſo, ô Chriſtiani Principes, ſic ſupinè, ſic

Conſtantinopolis à Turcis capta An: 1453.

Turcæ immanis crudelitas.

Turcæ blaſphemia

ſic ſupinè, ſic languidè & oſcitanter & iniurioſè patiēter, prætereaq́ nominis Chriſtiani glorioſam dignitatem perferetis? Quò vſq; ſempiternum decus palàm ab iſtis, ad ignominiam & deriſionē obiectari, tanq̃ melior Chriſto, titio infernalis Mahometes ſit, quòd indies Regnis & terris cedere Mahometi Chriſtus cogatur: proſperetq́; ſuis Mahometes in augmentum ſucceſſus: ſuos verò Chriſtus in minorationem & paucitatem, votis tanq̃ inferior deſtituat, ſic dormitanter & ſocorditer patiemini? Quò vſq; inter vos funeſtis & domeſticis odijs, belliſq; inteſtinis digladiemini, mutuoq́; conficietis, hoſtem Iheſu Chriſti, veſtrūq́; ſupremū, in ceruices vſq; veſtras & iugulum, tanq̃ ſecuri interim rerum, admittētes? Vt enim Regna vobis & imperio ab hoc hoſte direpta, & Ditioēs plurimas ac floreſſiſſ occupatas taceam, certè huiuſmodi in Chriſtum, eiuſq; Eccleſiā blaſphemiæ & iniuriæ, vaſtationeſq́;, ſūmè vrgere & intemperantiſſimè percellere veſtros in vltionem animos deberēt: ad exturbandū ſacris ſedib. Religioni & vobis debitis. impurū ganeonem. Tanq̃ cōflatis vos oēs ſimul auxilijs, non tantùm poſſitis quantū olim vnus vnius Ditionis Princeps, ſuis & priuatis potuit impēſis ac viribus. Indignū veſtra tā generoſa & ſctā exiſtimatione & virtute: indignū nomine veſtro tam auguſto, toto q; orbe illuſtri & venerabili, vt Religionis affectū & pietatem taceā, hactenus vos hic tam ſupinè & oſcitāter & ignauiter deſediſſe, & paſſos eſſe eam terrā, vnde noſtra

Exhortat'o ad Princi pes:

Mahometes inferna lis titio.

oĩs ſalus eſt, & prima DEI notitia ab hoſte Chriſti & veſtro, hactenus poſſideri & cõſpurcari. Sed omnini video, vos ſarta celeriter Chriſtiana inter vos cõcordia, & priſca Religioĩs flagrãtia reuocata, haud diu hic cẽ vlterius dormitaturos: neq; hoſtis huius veſtri tã proteruam ac minacẽ tyrannidẽ & petulantiã ceruicib. veſtris imminentẽ, ſecure & quietè laturos: verum poſitis inter vos pia recordatione, pfeſſionis veſtrę, & Chriſtianę dilectioĩs, Patriæ atq; ſalutis, diſſidijs, ac difficultatib., arma propediem ſeriò & cõcorditer ſũpturos, vt primũ illud ouile Chrĩ, terrã illã ab initio mũdi ſanctã & venerabilẽ, originem oĩs ſalutis: patriã omniũ prophetarũ, omniũ eorũ, qui veri & æterni Dei culũ ab initio habuerũt: terrã vnã prę oĩb. totius mũdi nobilẽ & deſiderabilẽ: terã, in qua cõſita & orta & recuperata ſalus eſt, ab immũdis iſtis & olẽtib hircis ac ſuib. depurgatã, puris Chrĩ Ieſu ouiculis inhabitandã reſtituatis, vt fiat vnũ ouile & vnus paſtor qui, qui eſt CHRISTVS IESVS, Dñs & Redemptor & Saluator noſter cum Patre & Spiritu ſancto in ſæcula benedictus.

Laus terræ ſanctæ.

Domeſticũ igitur, vt ad propoſitũ reuertar, tibi cũ ſit, illuſtriſtriſſ. Prĩceps, & paternũ oĩm Virtutũ abſolutiſſ. exẽplar: pręter tot Cęſarũ, Regũ, & Principũ ex longè repetita tuorũ maiorũ, ꝓgenię clariſſ. ſtemmata: in quo oĩa, quæ ad opt. laudabiliſſ. q; Principem pertinẽt, inſũt, Iuſtitia, Aequitas, Sapientia, Fortitudo, Magnanimitas, Mãſuetudo, Clemẽtia, Pietas; ac tuapte natura eodẽ tu ſublimitatis

Omnes Virtutes ad laudabilem Principem pertinentes in Cæſare inesse.

ſemper

ſemper feraris: ad idemq́ maximarum virtutum culmen, ingenti animi magnitudine & flagrantia pertraharis, ſpes infinita relinquitur apud oēs, eiuſmodi te aliquādo futurum, vt non modò hęc Paterna tantarum virtutū exempla æques, verùm etiam cum non mediocri acceſſu in admirationē vſq; ſis aucturus.

Tuam Celſ. Sereniſſ. Princeps, Chriſtiano orbi quàm diutiſſimè ſaluam & incolumem eſſe velit idem ille Dn̄s & Seruator omnium Filius DEI altiſſ. quem in nubib Cœli cum poteſtate & gloria magna venturum expectamus, vt ipſi obuiam in aëra ad Iudicij Tribunal ibidem ſiſtendi rapiamur & vita ſuperſtites adhuc, & vita defuncti: accepturi ſimul vnuſquiſq; iuxta opera, quæ egit in corpore ſuo, ſiue bona, ſiue mala, mercedem immutabilem, ſententia irreuocabili adſignatam, qua in omnem abeamus victuri æternitatem: ſcripti in libro vitæ, cum ipſo creatore noſtro DEO Patre in cœleſti patria: non ſcripti, cum immundis & infernalib. ſpiritib. in ſtagno ignis & ſulphuris inextinguibilis. Cui ſit honor & benedictio, & iubilatio & decus, & virtus, & gloria, & Maieſtas, & Imperium in ſempiterna ſęcula. Amen. Vale. Auguſtę Rheticę, ex Aula Cæſarea 4. Nonas Auguſti An. 1548.

Merces in extremo iudicio cuiq; iuxta opera ſua.

PRINC

PRINCIPVM NOMINA & tituli.

CAROLVS Quintus diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus, ac Rex Germaniç, Caſtellæ, Legionis, Arragoniæ, vtriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Maioricarum, Hiſpalis, Sardiniç, Cordubæ, Corſycæ, Murciæ, Giennis, Algarbiç, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, & Indiarum, ac terræ firmæ maris Oceani &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgũdiæ, Lotharingiç, Brabantiæ, Stiriç, Corinthiæ, Carniolæ, Limburgiç, Lucemburgiæ, Geldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, VVirtembergiæ &c. Comes Habsburgi, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Artheſiæ, & Burgundiæ, Palatinus, Hannoniæ, Hollandiç, Selandiç, Ferreti, Kiburgi, Namurci, Roſſileonis Ceritaniæ & Zutphaniæ, Landgrauius, Alſatiæ, Marchio Burgowiç, Oriſtani, Goriani & ſacri Romani Imperij &c. Princeps Sueuiæ, Cathaloniæ, Aſturiæ &c. Dominus Friſiæ, Marchiæ Schlauonicæ, Portus Naonis, Biſcaiæ, Molinæ, Salinarũ, Tripolis & Mechliniæ &c.

FERDINANDVS diuina fauente clementia, Romanorum Rex Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohœmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex: Infans Hiſpaniarum: Archidux Auſtriæ; Dux, Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Ca

rinthiæ, Carniolæ: Marchio Morauiæ &c. Dux Lucemburgiæ ac Superioris & inferioris Sileſię, VVirttembergiæ & Teckę: Princeps Sueuiæ: Comes Habspurgi, Tirolis, Ferreti, Kiburgi & Goritiæ: Landgrauius Alſatiæ: Marchio Sacri Romani Imperij, Burgoniæ, ac Superioris & inferioris Luſatiæ: Dominus Marchiæ, Sclauonicæ, Portus Naonis & Salinarũ &c.

MARIA Dei gratia, Hũgariæ, Bohœmiæ &c. Regina, Sacræ Catholicæ & Cæſareæ Maieſtatis in ĩferiore Germania Locũ tenẽs & Gubernatrix

MAXIMILIANVS Archidux Auſtriæ,

ELECTORES ECcleſiaſtici.

SEBASTIANVS nobilis ab Huſenſtein, Archiepiſcopus Moguntinenſis, Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicãcellarius, Princeps Elector.

IOANNES ex Baronib. ab Iſenburg, Archiepiſcopus Treuerẽſis, Sacri Romani Imperij per Galliam & Regnum Arelatenſe, Archicancellarius, Princeps Elector.

ADOLPHVS ex Comitibus à Schauuenburg, Archiepiſcopus Colonienſis, Sacri Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, Princeps Elector, Dux Veſtphaliæ & Engeren.

Hi tres Electores Principes dicunt eſſe legati nati

ELECTORES SECVLARES.

FRIDERICVS Comes Palatinus Rheni

ni, Dux Bauariæ, Sacri Romani Imperij Archidapifer, Princeps Elector, Eques aurei velleris.

MAVRICIVS Dux Saxoniæ, Sacri Romani Imperij Archimarſchalcus, Lãdgrauius Thuringiæ, Marchio Miſniæ, & Burggrauius Magdeburgenſis, Princeps Elector.

IOACHIMVS Marchio Brandenburgẽſis Sacri Romani Imperij: Archicubicularius, Dux Stetinæ, Caſſuborum ac Vandalorum, Burggrauius Norimbergenſis, Princeps Elector.

NOMINE DOMVS AVSTRIAE.

Iohãnes Gaudẽtius Baro Madrucij Auij & Brentoni Regiç Maieſtatis Romani Cubicularius, eiuſq; filij Maximiliani Archiducis Auſtriæ ſupremus Oeconomus,

Georgius Gienger Præfectus Prouincialis ſuperioris & inferioris Sueuiæ, Iurium Doctor.

Mathias Alberꝰ Regẽs Cenispõti Iuriũ Doctor.
Georgius Ilſingus Præfectus Caſtri in Enſio, omnes Regiæ Maieſtatis Conſilarij

ARCHIEPISCOPI PRINcipes Imperij.

ERNESTVS ex Comitibus Palatinis Rheni, ac Bauariæ Ducibus, Adminiſtraror Archiepiſcopatus Salisburgeñ. Sedis Apoſtolicæ Legatus natus.

IOANNES ALBERTVS ex Marchio-

nibus Brandenburgenſis. Archiepiſcopus Magdeburgen. ſeu Parthenopolitanus, Primas Germaniæ.

CHRISTOPHORVS ex Ducibus Brunſuicen. ac Lunenburgen. Archiepiſcopus Bremenſis, Adminiſtrator Epiſcopatus Verdenſis.

VVOLFGANGVS Schutzbar dictus Milchling, nobilis, Adminiſtrator magni Magiſterij in Pruſſia, Magiſter ord. Dominorum Theuton. in Germania ac Italia.

EPISCOPI PRINCIPES IMperij, & item nonnulli non Principes Imperij.

MELCHIOR ex nobili familia Zobelinorum Franconiæ, Epiſcopus Herbipolẽſis & Dux Franconiæ Orientalis.

HENRICVS ex Comitibus Palatinis Rheni, & Bauariæ Ducibus, Adminiſtrator, Epiſcopatuum VVormatienſis & Friſingenſis ac Præpoſitus Eccleſiæ Eluacenſis.

MAVRITIVS ex nobili Huttenorum Franconiæ familia, Epiſcopus Eichſtadienſis.

IOANNES à Veſalia, Archiepiſcopus Lundenſis & Epiſcopus Conſtantienſis & Roshildenſis, Regni Daciæ, Adminiſtrator VValtſaxenenſis, Dñs Augiæ maioris, mortuus 14. Iunij.

VALENTINVS ex nobili familia Detleben

ben Epiſcopus Hildeshemenſis.

OTHO Truchſes ex Baronibus à VValburg hæreditarijs Sacri Romani Imp. Dapiferis, Cardinalis & Epiſcopus Auguſtanus.

CHRISTOPHORVS ex Baronib. Madrucij, Cardinalis & Epiſcopus Tridentinus, ac Adminiſtrator Epiſcopatus Brixienſis.

IVLIVS Pflug electus & confirmatus Epiſcopus Numburgenſis.

IOANNES ex nobili familia Maluuiciorum Epiſcopus Miſnenſis.

VRBANVS Epiſcopus Labacenſis Magiſter Ceremoniarum ac Eleemoſynarius Regius.

NICOLAVS Ollaus Epiſcopus Zagrabiẽſis, Conſiliarius Regius, & Regni Hungariæ Cancellarius.

NICOLAVS ex Ducibus Lotharingiæ, Adminiſtrator Epiſcopatuũ Metenſis & Verdunẽſis.

FRIDERICVS Nauſea Blancicampianus, Epiſcopus Viennenſis.

ABBATES SIVE Prælati.

VVOLFGANGVS Abbas Campidonenſis.

GERVICVS Plarer Abbas in vvingarten & Ochſenhauſen.

IOANNES Abbas Cæſarien.

VVILHELMVS Halber ab Hergeen Commendator prouincialis Baliuatus in Confluentia

GEORGIVS Schilling á Canſtat Magiſter ord. S. Ioannis in Germ.

IOANNES Abbas á Marchtal.

THOMAS Abbas in Auersberg.

THOMAS Abbas S. Crucis Donauerdæ.

N. Abbas S. Benedicti in Bauaria.

PAVLVS Abbas in Orſen.

N. Præpoſitus in Berchtolſgaden.

N. Præpoſitus in Elvvangen.
N. Præpoſitus in VVeiſenburch in Alſatia.

SECVLARES PRINcipes Imperij.

VVILTHELMVS Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariç.
ALBERTVS Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, eques aurei velleris.
VVOLFGANGVS Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, ac Comes Validentiæ.
PHILIPPVS Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ eques aurei velleris.
IOANNES Frideric⁹ Dux SaxoniçLandgrauius THuringiç, & Marchio Miſnæ.
ALBERTVS Marchio Brandenburgen. Dux Stetinæ, Pomeraniæ, Caſſuborum, & VVanda-

VVandalorum, Burggrauius Nurenbergiæ.

IOANNES Marchio Brandenburgen. Dux Stetinæ, Pomeraniæ, Caſſuborum, & VVandalorum, Burggrauius Nurenbergiæ.

HENRICVS Dux Brunſuicenſis & Lunenburgen. iunior.

ERICVS Dux Brunſuicen. & Lunenburgen.

ERNESTVS Dux Brunſuicen.

VVILTHELMVS Dux Iuliacen. Cliuen. & Bergen. Comes Marchę & Rauenspurgi, Dominus in Rauenſtein.

IOANNES Albertus, Vlricus & Georgius fratres, Duces Mechelburgen. & VVādalorum, Comites Suerinen. Rochſtochij ac Stargardiæ.

FRANCISCVS Dux Saxoniæ, dictus de Lauvvenburch.

CHRISTOPHORVS Dux VVirtembergæ, & Teckæ, Comes Mompelgardæ.

GEORGIVS Landgrauius Leuchtenbergæ ac Comes Halſiæ.

CRISTIERNA Chriſtierni Sereniſſ. Regis Daniæ filia, Mediolani ac Lotharingiæ Duciſſa, Vidua.

CHRISTINA Georgij Illuſtriſſ. quōdā Ducis Saxoniæ filia, Philippi Landgrauij Heſſiæ vxor.

VVILTHELMVS Comes á Naſſau, Catzenelnbogen, Viennæ in Ducatu Lucemburgenſis. ad Vrram &c. & Dietz.

GEORGIVS Comes ab Helffenſteino.

FRIDERICVS Comes Furſtenbergę, Heilligẽbergæ & vverdẽbergę, Landgrauius in Bore.

LVDOVICVS Comes Stolbergæ. Conigſteini, & VVeringerodí.

REINHARDVS Comes á Solmitio, Dominus á Muntzenberga.

VVILTHELMVS Comes ab Eberſteino

FERDINANDVS Comes ab Ortenburgo

IOANNES Georgius Comes á Mansfeldia.

CONRADVS Comes à Caſtello.

VVILTHELMVS VVerenherus Comes & Dñs à Zimbern, Dominus in VVilrenſteino.

COMES GEORGIVS Commẽdator prouincialis in Mergethaim & Hailbrunn.

ALBERTVS & Caſimirꝰ Comites à Hoẽnloe

LADISLAVS Comes ab Hag.

MARTINVS Comes ab Ottinga.

VVOLFGANGVS Comes ab Ottinga.

IOACHIMVS Comes à Lupfen.

IODOCVS Comes ab Hoẽnzorn.

OTHO

OTHO Comes à Riperg.

SEBASTIANVS Comes ab Ortemburg.

FRANCISCVS Comes à Salamanca.

IOANNES Iacobus Baro in Conigſegga & Olendorpſio.

VVILTHELMVS Baro VValtburgi Sacri Romani Imperij hæreditarius Dapifer.

IOANNES à VVolffenſteino Baro in ſuperiore Sulcio pro ſe & loco duorum fratrum ſuorum & iuniorum nepotum.

NICOLAVS Baro à Madrucio, tribunus ſuper 10 ſignis peditum Germanorum intra mœnia Auguſtana agentium.
Eius locum tenens Sigismūdus à Landenberg.

MAXIMILIANVS Baro de Bolheim & VVarvvitburg.

IOANNES Fridericus Baro à Schuartzēburg

IOANNES Baro à vvolckenſtein.

IOANNES Marquardus Baro à Conigſeck.

CHRISTOPHORVS Baro ab Auersberg.

IOANNES Chriſtophorus Comes à Tarnovv Polonus, generoſę & illuſtris indolis adoleſcens.

AFRI EXTERNI.

MOLEI, Laſen, Rex Thuneti in Africa. Imperator.

 rator de ſecta Mahometana, excœcatus & regno pulſus per filium natu grandiorẽ, venit Auguſtã ad Cæſarem in Menſe Aprili exul ac profugus.

MOLEI Bubecher alter ipſius filius, qui venit Auguſtam in Octobri longè ante patrem.

MOLEI Mahamed tertius eius filius & iunior venit huc in Menſe Iunio poſt patrem.

Horum familiam præſertim ex nobilibus in calce principum familiæ poſui, ſimulq́ nonnihil de ipſorum veſtitu adtigi.

FAMI-

FAMILIA TOTIVS AVLAE CAESARIS SICVTI EX Ratiſpona per Expeditionē æſtiualem, Hyemalem ac rurſum æſtiualem cum exercitu aduerſum inobedientes toto belli tempore vſq; Auguſtam Rheticam ducta eſt, & per Comitiorū tempus ibidem permanſit, cum nouitiorū intra id temporis ibidem acceſſu.

SACELLVM.

SAcellum duplex eſt, Maius nimirum ac minus. Maius vocant, in quo ſolennis, & ſumma, quam vocant Miſſa per Cantores cantu ac modulatu figuratiuo decanitur. Minus, in quo inferioris miſſæ ſacrificium legendo tantum peragitur.

SACELLVM MAIVS.

Magiſter Cornelius Canis Præfectus ſacelli
Iacobus Panierus, ſacellanus
Simon Albus Gallus, Sacellanus
Petrus Payenus, Sacellanus
Petrus Hoyerus, Sacellanus, mortuus Auguſtæ 9 Decembr. Anno 47.
Magiſter Thomas Crequillion Cantor & cantionum conditor, quem vulgò componiſtam vocāt.

CANTORES.

Vox Preſſa: Baſſus.

Mathias Rudumel
Iohannes Hermannus
Petrus Muſteaus
Antonius Coquus

Vox Media: Tenor

Michael Lupus
Victor ab Harlemio, mortuus Vlmæ 2. Martij Anno. 47.
Petrus Brabantius.
Nicolaus Lengleſius, iam dimiſſus.
Hupertus Hauteletus.
Iohannes Bertaus

Vox Alta: Altus

Carolus Burſa
Antonius Cauuenbergus
Egidius à Molendino
Natalis Tonnequinus

Vox Acuta: Diſcantus.

Iohannes Cuſtodis
Pueri decem
Magiſter Adrianus Louius Sacriſta: & puerorum ſacelli Pręceptor.
Magiſter Iohannes Leſtannier Organiſta.
Iohannes Raſſenus Sacriſta.
Cornelius Cygnus forarius ſacelli.

SACELLVM MINVS.

MagiſterOdardus à Barſaques Eleemoſynarius. Maior, remanſit in Flandria, nec expeditioni interfuit,

ſerfuit,nec Auguſtum acceſſit.
Magiſter Valerandus Haugouardus Eleemoſynarius Minor.
Petrus a Latruliere Protonotarius Præfectus Oratorij.
Maximilianus à Bergis Decanus Lytanus Præfectus oratorij alter.
Magiſter Marcus Pleſſierus Confeſſor familiæ Aulæ Cæſaris.
Iohãnes Croubelenus Sacellanꝰ miſſę inferioris.
Magiſter Adrianus Merſchardus Sacell.
Georgius Nepos Clericus Oratorij.
Franciſcus vvatreloius clericus oratorij.

SACELLI Vtriuſq; adpertinentes,& ſunt ferè Hiſpani omnes.

Petrus de Soto profeſſionis ordinis Dominici, Theologus Confeſſor Cæſareus.
Dominicus de Soto eiuſdem ordinis,Theologus & Concionator.
Don Alphonſus ab Arragonia de ſanguine Ferdinandi Regis Catholici.

Hæc Don particula Hiſpanis & Italis ad generis & nobilitatis diſcretionem in honorifico vſu eſt:communior tamen appropriatior'q; Hiſpanis Quæ minus quiddam & reſtrictius quam,Dominus,ſignificat. Tametſi primùm ab hac voce abuſiuè & corruptè in vſum illis deducta ſit. Priſcis Romanis quód Latinè,non Barbarè,vt modo,loquerentur, incognita. A quibus Hiſpani hãc,qua nunc vtuntur, linguam totam habent. Quo ipſo *Don particula,*

voca-

vocabulo, tametſi propriè potentię ac ſublimi-
tatis ſit, tamen ad quoſuis, non tantum Religio-
ſos & ſacerdotes, ſed plebeos etiã, vilesq́ꝫ vtimur,
Socius ad ſocium inter vulgares, honoris deferẽ-
di & familiaritatis gratia Et vxores, maritos ſu-
os, ſed ex antiquiſſi. & ſancta conſuetudine, do-
minos, apud Germanos ſuperiores vocant. Hoc
tamen obſeruant Hiſpani, vt ferè nemini Don,
vocabulum adtribuãt, niſi antiquo & illuſtri ge-
nere ſit, & ex vtroqꝫ parente nobilitatis antiquæ
ſtemmata ducat ac probet. Neutri tamen hoc eſt,
neqꝫ Hiſpani, neqꝫ Itali, inter loquendum, hac vo-
ce vnq̃ ad quenq̃ vtuntur, appellandi ſeu ſalutan
di gratia, vt dicant, ſalue, vel, ſic eſt, vel o Don Pe-
tre. Sed communiter quoſuis & ſupremos & in-
fimos indiſcriminatim vno vocabulo, Signores,
quod eſt, Seniores, id eſt, dños appellant, illiq́ꝫ
Si particu- huic voci, Signor. Si, particulam præponunt: iſti
la Italis & Hiſ. quõ in uſu. poſtponunt, vt, Si ſignor: Signor ſi, quod eſt, ſic
Domine: Domine ſic. Sicuti & Germani ſuperio-
res Italis viciniores, eorũ more dicẽt herr ia, dñe
Signor quid ita: cum alij rectius & genuinius dicant, ia herr,
ita dñe. Ineptè enim ac ridicule & Itali q à primæ
Ia: particu- ſuę linguę puritate prorſus & δὶς διὰ πασῶν re-
la Germ. ceſſerunt, & his vicini Germani, Sic, particulam
quam iſti, ſi, pronunciant, præponunt: cum nulla
in vniuerſo mundo lingua ſit, quæ hoc in vſu ha
beat: neqꝫ etiam vel Græca, vel Hebrea, nec Galli-
ca, nec Anglica, nec illa nobiliſſima Schlauonica
